

**Corpus Thomisticum**<http://www.corpusthomisticum.org/qdp3.html>

Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias
magneticas denuo recognovit Enrique Alarcón atque
instruxit.

SANCTI THOMAE DE AQUINO.**QUAESTIONES DISPUTATAE DE POTENTIA DEI****QUAESTIO III****ARTICULUS 16****DECIMOSEXTO QUAERITUR UTRUM AB UNO PRIMO
POSSIT PROCEDERE MULTITUDO**

Et videtur quod non.

ARGUMENTA

1. Sicut enim Deus est per se bonum, et per consequens summum bonum; ita est per se et summe unum. Sed ab eo in quantum est bonum, non potest procedere nisi bonum. Ergo nec ab eo procedere potest nisi unum.

2. Praeterea, sicut bonum convertitur cum ente, ita et unum. Sed in his quae sunt entia, oportet attendi assimilationem creaturae ad Deum, ut supra, art. praeced., dictum est. Ergo sicut in bonitate, ita et in unitate oportet Deo creaturam assimilari, ut scilicet sit una ab uno.

3. Praeterea, sicut bonum et malum opponuntur privative, si communiter accipiuntur, licet sint contraria, prout sunt habituum differentiae; ita unum et multa opponuntur privative, ut patet in X Metaph. Sed malitiam nullo modo dicimus a Deo procedere, sed ex defectu causarum secundarum eam incidere. Ergo nec debet poni quod multitudinis Deus sit causa.

4. Praeterea, oportet proportionaliter accipere causas et causatas, quia videlicet singularia sunt causa singularium, et universalia universalium, ut patet per philosophum. Sed Deus est causa maxime universalis. Ergo suus proprius effectus est effectus maxime universalis, scilicet esse. Sed ex hoc quod res habent esse non est multitudo, cum multitudinis sit causa diversitas vel differentia. In esse vero omnia conveniunt. Ergo multitudo non est a Deo; sed ex causis secundis, ex quibus

Aquinate<http://www.aquinate.net/traduções.html>

Texto Taurino editado em 1953
e transferido automaticamente por Roberto Busa
SJ para fitas magnéticas e de novo revisto e orde-
nado por Enrique Alarcón.

SANTO TOMÁS DE AQUINO.**QUESTÕES DISPUTADAS SOBRE O PODER DE DEUS****QUESTÃO 3****ARTIGO 16****DÉCIMO SEXTO, PERGUNTA-SE SE O MÚLTIPLO
PODE PROCEDER DE UMA UNIDADE PRIMEIRA**

E parece que não.

ARGUMENTOS¹

1. Com efeito, assim como Deus é bom por si e, por consequência, é o sumo bem; assim também é sumamente uno. Ora, d'Ele enquanto é bom não pode proceder nada a não ser que seja bom. Logo, d'Ele não pode proceder nada a não ser que seja uno.

2. Além do mais, assim como o bem se converte com o ente, assim também com o uno. Ora, naquelas coisas que são entes é necessário perceber que existe uma semelhança da criatura com Deus, como foi dito acima no artigo anterior. Logo, como na bondade, assim também na unidade é necessário que a criatura se assemelhe a Deus, a saber, de modo que uma proceda do uno.

3. Além do mais, assim como o bem e o mal se opõem privativamente, se tomados no sentido comum, ainda que sejam contrários, enquanto têm diferenças de hábitos, assim o uno e a multiplicidade se opõem privativamente, como é claro no livro X de *Metafísica*². Ora, de modo nenhum dizemos que a maldade procede de Deus, mas que ela existe por uma deficiência das causas segundas. Logo, não deve se estabelecer que Deus seja a causa do múltiplo.

4. Além do mais, é necessário considerar proporcionalmente as causas e as coisas causadas, porque é evidente que as coisas singulares são causas das coisas singulares, bem como as coisas universais com as coisas universais, como é claro pelo Filósofo³. Ora, Deus é maximamente causa universal. Logo, o seu efeito próprio é maximamente um efeito universal, a saber, o ser. Ora, o múltiplo não é um resultado das coisas que têm ser, pois a causa

¹ Na edição Taurini, reproduzida por Enrique Alarcón, não há esta divisão que ora propomos: *Argumenta*. O intuito é orientar o leitor quanto à dinâmica da argumentação da exposição do Aquinate. De igual modo, não há notas de pé de página na referida edição latina.

² ARISTÓTELES, *Metafísica*, X, 3, 1054 a 20-26.

³ ARISTÓTELES, *Physica*, II, 3, 195 b 25.

causantur particulares rerum conditiones, secundum quas etiam differunt.

5. Praeterea, uniuscuiusque effectus est aliquam propriam causam accipere. Sed impossibile est unum esse proprium multorum. Ergo impossibile est quod unum sit causa multitudinis.

6. Sed dices, quod hoc tenet in causis naturalibus, non in causis voluntariis.- Sed contra, artifex est causa artificii per voluntatem. Procedit autem artificiatum ab artifice secundum propriam formam illius artificii, quae est in artifice. Ergo etiam in voluntariis effectus quilibet requirit propriam causam.

7. Praeterea, oportet esse conformitatem inter causam et effectum. Sed Deus est omnino unus et simplex. Ergo in creatura, quae est eius effectus, nec multitudo nec compositio debet inveniri.

8. Praeterea, diversorum agentium non potest esse idem effectus immediate. Sed sicut causa appropriatur effectui, ita effectus causae. Ergo nec eiusdem causae possunt esse plures immediate effectus; et sic idem quod prius.

9. Praeterea, in Deo est eadem potentia generandi, spirandi et creandi. Sed potentia generandi non est nisi ad unum, similiter nec potentia spirandi: quia in Trinitate non potest esse nisi unus filius et unus spiritus sanctus. Ergo et potentia creandi terminatur tantum ad unum.

10. Sed dices, quod universitas creaturarum est quodammodo unum secundum ordinem. Sed contra, effectum oportet assimilari causae. Sed unitas Dei non est unitas ordinis, quia in Deo non est prius nec posterius, nec superius et inferius. Ergo non sufficit unitas ordinis ad hoc quod ab uno Deo plura possint educi.

11. Praeterea, unius simplicis non est nisi una actio. Sed ab una actione non est nisi unus effectus. Ergo ab uno simplici non potest procedere nisi unus effectus.

12. Praeterea, creatura procedit a Deo, non solum sicut effectus a causa efficiente, sed etiam sicut exemplatum ab exemplari. Sed unius exemplati est unum exemplar proprium. Ergo a Deo non potest procedere nisi una creatura.

13. Praeterea, Deus est causa rerum per intellectum. Agens autem per intellectum agit per formam sui intellectus. Cum igitur in divino intellectu non sit nisi una forma, videtur quod ab eo non possit procedere nisi una creatura.

14. Sed dices, quod licet forma divini intellectus sit una secundum rem, quae est eius essentia, tamen attenditur ibi quaedam pluralitas secundum diversos

do múltiplo é a diversidade ou a diferença. De fato, todas as coisas convêm no ser. Logo, o múltiplo não provém de Deus, mas das causas segundas, a partir das quais são causadas as condições particulares das coisas, segundo as quais elas diferem umas das outras.

5. Além do mais, qualquer efeito tem de ter uma causa própria. Ora, é impossível que o uno seja o que é próprio de muitos. Logo, é impossível que o uno seja causa do múltiplo.

6. Mas se poderia dizer que isso acontece nas causas naturais, não nas causas voluntárias.- Mas, ao contrário, o artífice é causa das coisas artificiais pela vontade. Contudo, o artificial provém do artífice segundo a própria forma dessas coisas artificiais que estão no artífice. Logo, também nas causas voluntárias um efeito requer uma causa própria.

7. Além do mais, é necessário que exista conformidade entre a causa e o efeito. Ora, Deus é totalmente uno e simples. Logo, na criatura, que é seu efeito, não se deve encontrar nem múltiplo nem composição.

8. Além do mais, um mesmo ente não pode ser efeito de vários agentes imediatamente. Ora, assim como a causa é apropriada a um efeito, assim o efeito é próprio de uma causa. Logo, de uma mesma causa não podem existir imediatamente muitos efeitos, e assim o mesmo que antes.

9. Além do mais, em Deus a potência de gerar, de insuflar e de criar é a mesma. Ora, a potência de gerar e igualmente de insuflar tem um só efeito, porque na Trindade não pode haver senão um Filho e um Espírito Santo. Logo, também a capacidade de criar proporciona um só efeito.

10. Mas se poderia dizer que a universalidade das criaturas de certa forma é uma coisa só segundo a ordem. Mas, ao contrário, é necessário que o efeito seja semelhante à causa. Ora, a unidade de Deus não é uma unidade de ordem, porque em Deus não há nada anterior ou posterior, nem superior ou inferior. Logo, não é suficiente a unidade de ordem para que de um só Deus possam deduzir-se muitas coisas.

11. Além do mais, o uno simples não pode ter senão uma só ação. Ora, de uma única ação não se pode derivar senão um só efeito. Logo, do uno simples não se pode proceder senão um único efeito.

12. Além do mais, a criatura procede de Deus não apenas como um efeito da causa eficiente, mas também como um exemplo do exemplar. Ora, de cada exemplo existe um exemplar próprio. Logo, de Deus não pode proceder senão uma única criatura.

13. Além do mais, Deus é a causa das coisas pelo intelecto. Contudo, o que opera pelo intelecto opera pela forma de seu intelecto. Portanto, por não existir no intelecto divino senão uma forma apenas, parece que d'Ele não pode proceder senão uma criatura apenas.

14. Mas se poderia dizer que, ainda que a forma do intelecto divino, que é a sua essência, seja uma segundo a realidade, porém pode se fixar nela uma

respectus ad creaturas diversas; et sic est ibi pluralitas rationis. Sed contra, aut isti respectus plures sunt in intellectu divino, aut sunt solum in ratione nostra. Si primo modo, ergo sequitur quod in intellectu divino erit pluralitas et non summa simplicitas. Si secundo modo, sequitur quod Deus non producat creaturas diversas nisi mediante ratione nostra: ex quo oportet quod diversas creaturas producat per diversos respectus ad creaturas qui non sunt nisi in ratione nostra; et sic habetur propositum, scilicet quod a Deo immediate non procedat multitudo.

15. Praeterea, Deus per apprehensionem intellectus sui res in esse producit. Sed in eo non est nisi una apprehensio: quia suus intellectus est eius essentia, quae est una. Ergo non producit nisi unam creaturam.

16. Praeterea, illud quod non habet esse nisi in ratione, non est creatum a Deo: quia huiusmodi videntur esse quaedam vana, ut Chimaera, et huiusmodi. Sed multitudo non est nisi in ratione: significatur enim per abstractionem a multis quod in rerum natura non invenitur. Ergo Deus non est causa multitudinis.

17. Praeterea, secundum Platonem, optimi est optima adducere. Sed optimum non potest esse nisi unum. Cum igitur Deus sit optimus, ab eo non potest produci nisi unum.

18. Praeterea, unusquisque agens propter finem, facit effectum suum propinquiores fini quantum potest. Sed Deus producendo creaturam ordinat eam in finem. Ergo facit eam propinquissimam fini quantum potest. Sed hoc non potest nisi uno modo fieri. Ergo Deus non producit nisi unam creaturam.

19. Praeterea, iniustum est quod aliquis inaequalia aliquibus tribuat, nisi aliqua inaequalitate circa eos praecedente, vel meritorum, vel quarumcumque conditionum diversarum. Sed operationem divinam non praecedit aliqua diversitas; alias ipse non esset prima causa omnium. Ergo in prima rerum creatione non dedit creaturis inaequalia dona. Sed diversitas creaturarum et multitudo attenditur secundum hoc quod plus vel minus recipiunt de donis divinis, ut patet in IV cap. Cael. Hierar. Ergo in prima rerum creatione Deus multitudinem non produxit.

20. Praeterea, Deus creaturis communicat suam bonitatem quantum capaces sunt. Sed natura superiorum creaturarum capax fuit huiusmodi perfectionis et dignitatis, ut essent causae inferiorum creaturarum. Id enim quod est perfectius, potest agere in id quod est eo imperfectius, et communicare ei suam perfectionem. Ergo videtur quod Deus creaturas inferiores mediatis superioribus produxit; et ita ipse immediate non

certa pluralidade, segundo as diversas relações com as diversas criaturas, e assim há nela uma pluralidade de razões. Mas, ao contrário, ou estas múltiplas relações existem no divino intelecto ou só existem na nossa razão. Logo, se for o primeiro modo, seguir-se-ia que no intelecto divino haveria pluralidade e não a suma simplicidade. Se for o segundo, seguir-se-ia que Deus produz as mais diversas criaturas apenas através da nossa razão; por isso é necessário que produza as diversas criaturas pelas diversas relações com as criaturas que não existem senão em nossa razão; e assim se chegará ao proposto, a saber, que o múltiplo não procede de Deus imediatamente.

15. Além do mais, Deus produz as coisas no ser pela apreensão do seu intelecto. Ora, n'Ele não há senão uma só apreensão, porque o seu intelecto é a sua essência, que é uma. Logo, não produz senão uma única criatura.

16. Além do mais, aquele que tem ser só na razão não é criado por Deus, porque esse tipo de coisa parece ser vão, como a Quimera e coisas semelhantes. Ora, o múltiplo não existe senão na razão; pois se entende por abstração a partir de muitos que não se encontram na natureza das coisas. Logo, Deus não é causa do múltiplo.

17. Além do mais, de acordo com Platão⁴, é ótimo produzir coisas ótimas. Ora, o ótimo não pode ser senão um só. Portanto, como Deus é ótimo, d'Ele não pode ser produzida senão uma só criatura.

18. Além do mais, tudo aquilo que opera com um fim faz seu efeito o mais próximo possível quanto ao fim. Ora, Deus, quando produz a criatura, ordena-a a um fim. Logo, faz o máximo que pode próxima quanto ao fim. Ora, isto não pode ser feito senão de apenas um modo. Logo, Deus não produz senão uma só criatura.

19. Além do mais, é injusto que alguém conceda coisas desiguais a diferentes sujeitos, a não ser que entre elas haja uma prévia desigualdade de méritos ou quaisquer condições diversas. Ora, a operação divina não precede certa diversidade, já que de outra forma Ele mesmo não seria a causa primeira de todas as coisas. Logo, na primeira criação das coisas não forneceu às criaturas dons desiguais. Ora, a diversidade e o múltiplo das criaturas são o resultado do recebimento dos dons divinos em maior ou menor grau, como é claro no capítulo IV da *Hierarquia celeste*⁵. Logo, Deus não produz o múltiplo na primeira criação das coisas.

20. Além do mais, Deus comunica a sua bondade para criaturas quanto a que são capazes. Ora, a natureza das criaturas superiores foi capaz de receber um modo de perfeição e dignidade tal que foram causa das criaturas inferiores. Com efeito, o que é mais perfeito pode operar no que é mais imperfeito e comunicar a sua perfeição. Logo, parece que Deus tenha produzido as criaturas inferiores

⁴ PLATÃO, *Tímaeus*, 29e-30c.

⁵ PSEUDO-DIONISIO, *De caelesti hierarquia*, 4, 1.

produxit nisi unam creaturam aliis superiorem, quaecumque sit illa.

21. Praeterea, quanto aliquae formae sunt magis imateriales, tanto sunt magis activae, utpote magis a potentia separatae; unumquodque enim agit secundum quod est in actu, non secundum quod est in potentia. Sed formae rerum quae sunt in mente Angeli, sunt magis immateriales quam formae quae sunt in rebus naturalibus. Cum ergo formae naturales sint causae formarum sibi similiarum, videtur quod multo fortius formae quae sunt in mente Angeli, prodixerint formas rerum naturalium sibi similes. Diversitas autem rerum, et per consequens multitudo, est ex forma. Ergo videtur quod multitudo non processerit a Deo nisi mediantibus superioribus creaturis.

22. Praeterea, quidquid Deus facit, est unum. Ergo ab eo non est nisi unum; et ita ipse non erit causa multitudinis.

23. Praeterea, Deus non intelligit nisi unum: quia nihil intelligit extra se, ut probatur in XII Metaph. Sed ipse est causa rerum per intellectum suum. Ergo ipse non causat nisi unum.

24. Praeterea, Anselmus dicit, quod creatura in Deo est creatrix essentia. Sed creatrix essentia est tantum una. Ergo et creatura in Deo est tantum una. Sed hoc modo creatur creatura a Deo secundum quod in ipso praecessit. Ergo a Deo non est nisi una tantum creatura; et sic a Deo non procedit multitudo.

SED CONTRA

1. Est quod dicitur Sapient. cap. XI, 21: *omnia in numero et pondere et mensura disposuisti, domine*. Sed numerus non est sine multitudine. Ergo a Deo procedit multitudo.

2. Praeterea, virtus Dei praecedit virtutem cuiuslibet alterius rei. Sed unum punctum potest esse principium multarum linearum. Ergo sic Deus, quamvis sit unus, potest esse principium creaturarum multarum.

3. Praeterea, illud quod est proprium uni in quantum est unum, maxime competit ei quod est maxime unum. Sed proprium est unitatis quod sit multitudinis principium. Ergo hoc maxime competit Deo quod est summe unum, quod ab eo multitudo procedat.

4. Praeterea, Boetius dicit in principio arithmeticae, quod secundum exemplar numeri Deus res in esse produxit. Sed exemplatum exemplari conformatur. Ergo produxit res sub multitudine et numero.

5. Praeterea, in Psal. CIII, 24, dicitur: *omnia in sapi-*

através das superiores, e é por isso que Ele mesmo tenha produzido imediatamente apenas uma criatura superior às demais, qualquer que seja ela.

21. Além do mais, quanto mais imateriais são algumas formas, tanto mais ativas são, enquanto que estão mais separadas das potências; cada coisa, em efeito, atua segundo está em ato, e não segundo está em potência. Ora, as formas das coisas que estão na mente dos anjos são mais imateriais do que as formas que existem nas coisas naturais. Logo, como as formas naturais são causas de formas similares a elas, parece que a maior abundância das formas que existem na mente dos anjos tenha produzido as formas das coisas naturais semelhantes a si. Contudo, a diversidade das coisas e, conseqüentemente, a sua multiplicidade, provém da forma. Logo, parece que o múltiplo não provém de Deus a não ser mediante as criaturas superiores.

22. Além do mais, tudo que Deus faz é uno. Logo, a partir d'Ele não procede a não ser o que é uno, e assim Ele não poderá ser a causa da multiplicidade.

23. Além do mais, Deus não entende a não ser o uno, porque não entende nada fora de si mesmo, como se prova no livro XII da *Metafísica*⁶. Ora, ele é a causa das coisas pelo seu intelecto. Logo, Ele causa só um único efeito.

24. Além do mais, Anselmo⁷ disse que a criatura em Deus é a essência criadora. Ora, a essência criadora é apenas uma. Logo, também a criatura em Deus é apenas uma. Ora, a criatura é criada por Deus segundo que preexistia n'Ele. Logo, Deus não produz senão uma única criatura, e assim o múltiplo não provém de Deus.

AO CONTRÁRIO

1. É o que se diz em Sb 11, 20: *tudo dispusestes com medida, número e peso*. Ora, sem multiplicidade não existe número. Logo, a multiplicidade procede de Deus.

2. Além do mais, o poder de Deus é maior do que o poder de qualquer outra coisa. Ora, um só ponto pode ser o princípio de muitas linhas. Logo, desta forma Deus, ainda que seja uno, pode ser o princípio de muitas criaturas.

3. Além do mais, o que é próprio do uno enquanto é uno, compete maximamente ao que é maximamente uno. Ora, é próprio da unidade ser princípio da multiplicidade. Logo, compete maximamente a Deus, que é o sumo uno, que d'Ele provenha o múltiplo.

4. Além do mais, Boécio diz no princípio da *Aritmética*⁸ que Deus produziu as coisas no ser segundo o modelo dos números. Ora, o exemplo está em conformidade com o exemplar. Logo, produziu as coisas segundo o múltiplo e o número.

5. Além do mais, no Sl 103, 24 se diz: *todas as coi-*

⁶ ARISTÓTELES, *Metaphysica*, XII, 9, 1074 b 33-35.

⁷ ANSELMO, *Monologion*, 8.

⁸ BOECIO, *De institutione arithmetica*, I, 2.

entia fecisti. Sed cum sapientis sit ordinare, oportet ea quae per sapientiam fiunt, ordinem habere, et per consequens multitudinem. Ergo rerum multitudo a Deo processit.

RESPONDEO

Dicendum, quod multa non posse procedere ab uno principio immediate et proprie, videtur esse ex determinatione causae ad effectum, ex qua videtur debitum et necessarium ut si est talis causa, talis effectus proveniat.

Causae autem sunt quatuor, quarum duae, scilicet materia et efficiens, praecedunt causatum, secundum esse internum; finis vero etsi non secundum esse, tamen secundum intentionem; forma vero neutro modo, secundum quod est forma; quia cum per eam causatum esse habeat, esse eius simul est cum esse causati; sed in quantum etiam ipsa est finis, praecedit in intentione agentis.

Et quamvis forma sit finis operationis, ad quem operatio agentis terminatur, non tamen omnis finis est forma. Est enim aliquis finis intentionis praeter finem operationis, ut patet in domo. Nam forma eius est finis terminans operationem aedificatoris; non tamen ibi terminatur intentio eius, sed ad ulteriorem finem, quae est habitatio; ut sic dicatur, quod finis operationis est forma domus, intentionis vero habitatio.

Debitum igitur essendi tale causatum non potest esse ex forma in quantum est forma, quia sic concomitatur causatum; sed vel ex virtute causae efficientis, vel ex materia vel ex fine, sive sit finis intentionis, sive finis operationis. Non potest autem dici in Deo, quod effectus eius habeat debitum essendi ex materia. Nam cum ipse sit totius esse auctor, nihil quolibet modo esse habens praesupponitur eius actioni, ut sic ex dispositione materiae necesse sit dicere talem vel talem eius esse effectum. Similiter nec ex potentia effectiva. Nam cum eius activa potentia sit infinita, non terminatur ad unum nisi ad id quod esset aequale sibi, quod nulli effectui competere potest.

Unde, si inferiorem sibi effectum producere sit necesse, potentia sua, quantum in se est, non terminatur ad hunc vel illum distantiae gradum, ut sic debitum sit ex ipsa virtute activa talem vel talem effectum produci.

Similiter nec ex fine intentionis. Hic enim finis est divina bonitas, cui nihil accrescit ex effectum produc-

sas fizeste com sabedoria. Ora, como é próprio do sábio ordenar, é necessário que as coisas feitas tenham ordem e, por consequência, o múltiplo. Logo, a multiplicidade das coisas procede de Deus.

RESPONDO

Respondo, dizendo, que muitas coisas não podem proceder imediatamente e propriamente de um único princípio parece ser uma consequência de que uma causa tem um efeito, pelo que parece necessário e obrigatório que se uma causa possua tais características, resultará um efeito com essas mesmas consequências.

Contudo, as causas são quatro; destas, duas, a saber, a matéria e a eficiente, precedem às vezes ao causado no ser; o fim, porém, embora não o preceda no ser, precede-o na intenção; a forma, segundo é forma, não o precede de nenhum desses modos, porque ao ter o causado o ser graças a ela, seu ser é simultâneo ao ser do causado, mas enquanto ela mesma é também fim precede o causado na intenção do agente.

E ainda que a forma seja o fim da operação, no que termina a operação do agente, não obstante nem todo fim é forma. Com efeito, existe algum fim na intenção que está para além do fim da operação, como é claro na casa. Pois a sua forma é o fim que termina a operação do construtor; e contudo a intenção deste não termina aí, mas se dirige a um fim ulterior, que é o habitar; se poderia dizer assim que o fim da operação é a forma da casa, enquanto que o da intenção é a habitação.

Portanto, que o causado deva ter algumas determinadas características não pode resultar da forma enquanto é forma, porque assim é concomitante com o causado, mas da capacidade da causa eficiente, ou bem da matéria, ou bem do fim, seja o fim da intenção ou o fim da operação. Contudo, não se pode dizer que em Deus seu efeito tenha necessariamente que ser a causa da matéria. Pois ao ser Ele próprio o autor de todo o ser, antes de sua ação não há nada que de algum modo possa ser, de modo que seja necessário dizer que seu efeito possua tais ou quais características como resultado da disposição da matéria. De modo semelhante tampouco pode vir da potência que o realiza. Pois, sendo a potência ativa de Deus infinita, estaria determinada a um único efeito somente se este for igual a Ele, mas nenhum efeito pode ser de tal natureza.

Por isso, se é necessário que o efeito que produz seja inferior a Ele, sua potência, quanto é em si mesma, não está determinada a este ou aquele grau de distância, de modo tal que seja obrigatório que a partir da mesma capacidade ativa se produza um tal ou qual efeito.

De modo semelhante não procede do fim da intenção. Com efeito, esse fim é a bondade divina, da

tionem. Nec iterum per effectus potest totaliter repraesentari vel eis totaliter communicari, ut sic possit dici, quod debitum sit talem vel talem Dei effectum esse, ut totaliter divinam bonitatem participet, sed possibile est effectum multis modis eam participare; unde nullius eorum necessitas est ex fine. Sic ex fine necessitas sumitur, quando intentio finis compleri non potest vel omnino, vel inconvenienter, nisi hoc vel illo existente.

Relinquitur igitur quod debitum in operibus divinis esse non potest nisi ex forma, quae est finis operationis. Ipsa enim cum non sit infinita, habet determinata principia, sine quibus esse non potest; et determinatum modum essendi, ut si dicamus, quod supposito quod Deus intendat hominem facere, necessarium est et debitum quod animam rationalem ei conferat et corpus organicum, sine quibus homo esse non potest. Et similiter possumus dicere in universo. Quod enim Deus tale universum constituere voluerit, non est necessarium neque debitum, neque ex fine neque ex potentia efficientis, neque materiae, ut ostensum est.

Sed supposito quod tale universum producere voluerit, necessarium fuit quod tales et tales creaturas produxerit, ex quibus talis forma universi consurgeret. Et cum ipsa universi perfectio et multitudinem et diversitatem rerum requirat, quia in una earum inveniri non potest propter recessum a complemento bonitatis primae; necesse fuit ex suppositione formae intentae quod Deus multas creaturas et diversas produceret; quasdam simplices, quasdam compositas; et quasdam corruptibiles, et quasdam incorruptibiles.

Hoc autem quidam philosophi non considerantes, diversimode a veritate deviaverunt.

Quidam namque non intelligentes Deum universi esse auctorem, posuerunt materiam non ab alio existentem, et ex eius necessitate rerum diversitatem produci, vel secundum raritatem vel secundum spissitudinem materiae res diversificantes, ut antiquissimi naturalium philosophorum, qui tantum causam materialem perceperunt; vel secundum actionem alicuius causae efficientis, quae secundum diversitatem materiae diversos effectus producebat, sicut Anaxagoras posuit intellectum divinum, qui diversas res producebat, eas a commixtione materiae segregando, et sicut Empedocles, qui per amicitiam et litem, secundum diversitatem materiae diversos effectus vario modo distinctos vel coniunctos ponebat.

qual não se acrescenta nada como consequência da produção dos efeitos. Nem tampouco pode ser representada totalmente mediante seus efeitos ou comunicar-se inteiramente a eles, de modo assim que possa se dizer que é obrigatório que o efeito de Deus seja tal ou qual para que participe totalmente da bondade divina; mas, é possível que o efeito participe de muitas maneiras, por isso há necessidade em função do fim em nenhum deles. Assim, a necessidade do efeito é tomada pelo fim quando a intenção do fim não pode completar-se, ou totalmente ou de modo inconveniente, a não ser a partir da existência de um efeito determinado.

Portanto, resta que algo obrigatório nas obras divinas não pode proceder a não ser da forma, que é o fim da operação. Com efeito, a mesma, não sendo infinita, tem princípios determinados, sem os quais não pode existir, e um determinado modo de ser, como se disséssemos que supondo que Deus tenha a intenção de fazer um homem, é necessário e obrigatório conferir-lhe a alma racional e um corpo orgânico, sem os quais não pode haver um homem. E, de modo semelhante, podemos dizer no todo que Deus, na verdade, tenha querido constituir um universo determinado não é necessário nem obrigado, nem pelo fim, nem pela potência da causa eficiente, nem pela matéria, como foi mostrado.

Ora, suposto que quisesse produzir um dado universo, foi necessário que produzisse tais e tais criaturas, das quais surgisse uma determinada forma do universo. E como a perfeição mesma do universo requer a mesma multidão e diversidade das coisas, porque não se pode encontrar em uma só delas devido ao alijamento de toda criatura da compleição da bondade primeira, foi necessário, suposto que Deus pretenda produzir essa forma, que Deus produzisse múltiplas e diversas criaturas, algumas simples, outras compostas, algumas corruptíveis e outras incorruptíveis.

Contudo, não se considerar estas coisas, alguns filósofos afastaram-se da verdade de diferentes maneiras.

A) Alguns, que não compreendendo que Deus é o autor do universo, pensaram que a matéria não procedia de outro, e que a diversidade das coisas era produzida de modo necessário pela matéria; para eles o que torna diversas as coisas é a rarefação ou a condensação da matéria, como pensaram os mais antigos filósofos naturais, que só reconheceram a causa material; ou que era a ação de alguma causa eficiente a que produzia efeitos diversos ao teor da diversidade da matéria; assim como Anaxágoras defendeu um intelecto divino, que produzia as diversas coisas, separando da mistura da matéria, e como Empédocles que estabeleceu diversos efeitos de acordo com vários modos separados ou unidos pela amizade e o ódio segundo a

Quorum falsitas apparet ex duobus. Primo ex hoc quod non ponebant omne esse a primo et summo ente effluere, quod in alia quaestione est ostensum. Secundo, quia secundum eos sequebatur quod partium universi distinctio et earum ordo essent a casu; quia sic necesse erat propter materiae necessitatem.

Alii pluralitatem rerum et modos diversos earum ex necessitate causae efficientis ponebant, sicut Avicenna, et eius sequaces. Posuit enim, quod primum ens, in quantum intelligit se ipsum, producit unum tantum causatum, quod est intelligentia prima, quam necesse erat a simplicitate primi entis deficere, utpote in quantum potentialitas incepit admisceri actui, in quantum esse recipiens ab alio non est suum esse, sed quodammodo potentia ad illud. Et sic in quantum intelligit primum ens, procedit ab ea alia intelligentia ea inferior, in quantum vero intelligit potentiam suam procedit ab ea corpus caeli, quod movet; in quantum vero intelligit actum suum, procedit ab ea anima caeli primi; et sic consequenter multiplicantur per multa media res diversae.

Sed haec etiam positio stare non potest. Primo, quia ponit potentiam divinam terminari ad unum effectum, qui est intelligentia prima. Secundo, quia ponit alias substantias praeter Deum esse aliarum creatrices, quod esse impossibile in alia quaestione, art. 4, ostensum est. Sequitur etiam ad hanc positionem, sicut et ad primas, quod decor ordinis universi sit casualis, ex quo rerum diversitatem non adscribit intentioni finis, sed terminationi potentiaram activarum ad suos effectus.

